

II.

An omnem virtutem sequatur voluptas? Et hic negativa vera videtur, cum fortitudinem sæpè comitentur vulnera & mors, qua omnium terribilium dicitur terribilissimum. Terrori verò cum voluptate quale nam intercedit commercium? Verum nec terror ille voluptati repugnabit, si rem rectè reputabis via.

III.

Absonum non putamus, actionem aliquam dicere violentam, cujus tamen principium sit internum.

IV.

Etiam illum dicimus spontè agerè, qui ex summa ebrietate scelera committit.

V.

An milites hodierni, animam venalem gestantes, rectè dicantur fortes? N.

VI.

Qui alteri rectè consulit, liberalem esse non negamus, etiamsi Liberalitatis objectum à $\chi\eta\mu\alpha\tau\alpha$ ab Aristotele statuantur.

VII.

Liberalitas exercenda est, & beneficia conferenda sunt, non quibuslibet sine discrimine, sed iis, quibus oportet, h. e. dignis, Ecclesiastici xii. 5. & 6. Et tamen sententiæ hæc nequicquam contra illud Christi Matth. v. 42. Luc. vi. 30. dictum volumus. Vid. Laërt. l. 5. in vit. Aristotelis pag. mihi 263. Cicer. 2. de offic. pag. mihi 508. Lactant. l. 6. de vero cultu, pag. mihi 210. Item 201.

VIII.

Ex rebus malè partis Eleemosyna legitimè fieri non possunt; Imò possunt.

F I N I S.

Coll. diss. A. 33, misc. 19